

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Academici Johannis Quistorpii ... Quo, ad eundum Exequias  
Beatae Margaretae Clementis, Coniugis Cl. Dn. M. Adami Seidenschwantz/  
Scholae trivialis Sub-Rectoris ... die VII. Februarii Anno M. DC. LX. Omnes &  
omnium Ordinum Literatos, invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434334>

Druck    Freier  Zugang



Qvistorp, J.,

in M. Clemens,

Mxor. A. Seidenschwantz.

R. 1660.







PROGRAMMA  
RECTORIS ACADEMICI  
JOHANNIS QVISTORPII,  
D. ΘΕΟΛΟΓ. Past. J. & Rector.

Quo,  
ad eundum  
EXEQVIA  
BEATÆ



MARGARETHÆ  
CLEMENTIS,

CONJUGIS

C. Dn. M. ADAMI Seidenschwantz /

Scholæ trivialis Sub-Rectoris  
laboriosissimi,

die VII. Februarii ANNO

M. DC. LX.

Omnes & omnium Ordinum Lite-  
ratos, invitat.



ROSTOCHI,

Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

8

Pulchrum est in statione  
mori,  
veluti  
**Rahel.**

RECTOR  
JOHANNES QVISTORPIUS.

**A**ntiquitus apud Gallos moris fuit, ut sepulchro adfisteret mulier quædam, & carmine lamentabili, populum ad lacrymas & cōplorationes provocaret: Illi qui ibant exequias, etiam largis & majorem partem fictis fletibus respondebant; Olim apud Romanos in usu fuisse scimus, ut mercede mulieres cōducerentur, quæ in funere plorabant, cantu & lugubri carmine lamentabantur, ut simul flerent & alii. At in præsenti hoc funere opus non est vel alienis vel ære conductis, quæ vicariam præstet ope-rā, lacrymis? Seriò liberi mellitissimam, quam amiserunt matrem, deplorant, eamque luget maritus, viduus mœstissimus; Non sunt hi ex Thra-

Thracibus nati, ut defunctā matrem & Con-  
jugem, cum cantula scivaq; gesticulatione ef-  
ferant? Homines sunt, qui nihil humani alieni-  
num à se putant; & admodum tristī hoc casu  
afficiuntur. Tantoq; majori in luctu sunt quā-  
to majores lugendi causas habent; Luget  
maritus, Clarissimus Dn. ADAMUS Seiden-  
schwanß Scholæ trivialis SubRector, & Chori  
in Templo cathedrali Director, Conjugem  
quā cum ab anno 1651. huc usq; in conjugio vi-  
xit, & ita vixit, ut nunquam opus habuerit,  
cum illa venire in sacellū Deæ viriplacæ, quod  
quondam Romæ in Palatio, tanquam pacis  
domesticæ custodem erectum fuisse scribit  
Valerius Max. Aut qua cum necesse habue-  
rit, corām judice in gratiam redire, quorum  
hodiè cheu! messem licet metere amplam,  
sed pacatam cum illa egit vitam, in qua utriq;  
idem fuit yelle & nolle. Luget maritus Con-  
jugem, quæ suavitatem orum, & blandis allo-  
quiis, illum quando à laboribus scholasticis  
molestissimis languebat, refocillavit. Luget  
maritus Conjugem, quæ ipsum jam senescen-  
tem,

tē, triū liberorū patrē fecit, quāq; in educatio-  
ne eorum expertus est, fidelissimam collegā.  
Lugent liberi matrem, cui post Deum hanc  
vitā acceptam referūt. Lugent liberi matrem,  
cujus māmas suixerunt, quā succrescentes blā-  
dē juxta ac severē, prō ut tenerior id patitur  
xtas, duxit prudēter; **Quis non maritū?** Quis  
nō liberos? funus hoc madidis oculis & plā-  
ctu justē prosequi affirmet; Ut a. sciatis, me  
nihil hic à veritate alienum dixisse, ipsum vi-  
duum mōestissimum, in peculiari epistola,  
proptereā me alloquenter vel potius la-  
mentantem vobis fisto.

*Curriculum vita MARGARETHÆ CLEMEN-  
TIS, Conjugis mæ eheu! dum vivēret dilectissimæ. Intro-  
missa est in mortalitatem Conjuræ hac mea desideratissima anno  
præsentis seculi XVII<sup>mi</sup> sexto & vicesimo, die Martii quartō  
intra quartam & quintam matutinam, & quidem in hac ur-  
be. Patre nata est JOHANNE CLEMENTIS, Cive  
olim & Cerevisario hujate, spectatæ probitatis Viro, Strale-  
sundiæ Pomeraniae oriundo, quem quarto jam etatis sua anno  
amisit inter vivos. Matre vero in hoc mortalitatis theatrum  
edita est commendatæ pietatis & virtutis fæminâ ANNA  
Læpeler, quā anno etatis XIII. Christi 1636. Mense Martio  
orbata est. Orphana itaque ab HENRICO GRETE-*  
*M. IN,*

MAN, qui ejus ex maximâ natu Sorore affinis erat, suscepta  
est, illique ab anno 1641. in 46. cùm hic domi, tûm in agro, quô  
iste secesserat, officia præsttit aequè ac filia. Inde Mense Junio  
 anni 1646. à DNO. MARTINO ZANDERO, qui  
ejus mater teram matrimonio sibi junctam etiamnum habet, hor-  
sum in Urbem revocata est. Cui non minus in œconomia  
sedulam operam probavit usq; dum  $\theta\epsilon\omega\chi\epsilon\epsilon\gamma\omega\gamma\eta\zeta$   
à me afflictissimo jam Vido in Matrimonium petita & pu-  
blicâ in æde Marianâ voce pl. Rev. Ampl. & Exc. Dn. D. CA-  
SPARI MAURITII, Pastoris Mariani & Superintenden-  
tis Ecclesiarum hujus districti optimè indies merentis, Fautoris  
mei magni data est anno 1651. ipso Martini die. A quo quidem  
tempore per benedictionē Altissimi trium liberorū me parentem  
fecit, ex quibus maximus natu filius ADAMUS septimum  
jam gressus est annum, sequens filia EVA quintum ex dими-  
dio annum, ultima filiola ANNA MARGARETHA  
jam 13. diem agit. Hanc XXI. Januarii anni hujus interea-  
dum ageretur hora quartam matutina, citrā magnas difficulta-  
tes enixa erat, & spes citioris convalescentia erat per aliquot  
dies. Sed verò XXVIII. predicti mensis vehemens virium de-  
crementum sensit. Quare & animæ suæ refrigerium in par-  
ticipatione sanctissimi corporis & sanguinis Dominici anhela-  
vit. Cujus voti, ipsa seriō urgente, compos redditæ est noctu,  
circà horam II. antequam pridiè Festi Purif. esset, post pronun-  
ciatam scil. Confessionem, ministerio in necessitate vicario Dn.  
M. JOACHIMI SCHRÖDERI, Vicini & Compatriis mei pluri-  
mum honorandi. Defectus verò ille virium ab inde accrebit  
usq;, et si Exper. Dn. D. CASPARUS MARCHIUS nihil non  
humas.

humanorum remediiorum tentabat. Atque sicutdem paulo  
ante primam noctis, qua Purificationis Festum sequitur, extin-  
cta est, quatenus extingui potuit. Conjugem, fateor, amisi  
tantum quantum illa potest amatam & honoratam, ut adeo  
non leviter inde excrucier: Sed quoniam DEO amoris fonte  
charior fuit, quæ periculis his tempestatibus eriperetur, a quo  
animò reddo, quam in nominis sui gloriam dederat, in sui nomi-  
nis honorem, quæ voluntas ejus est, repetiit. Quam seipsum in-  
ter mortis nuncios dolores solata sit variis scripturae dictis,  
quasq; pias præterea cogitationes ad extremum usq; voce expres-  
serit, meum non est operose inculcare.

Quamvis autem, non sine causa, tu vir  
optimè & vos orphani afflictissimi, hodiè  
quiritemini! cum tamen sine DEI, fontis vi-  
tæ omnis voluntate, quæ non nisi ut ipse bo-  
nus est, bona esse potest, hic nihil factum esse  
sciatis, in illa quoq; acquiescetis; Scio Vix  
Clarissime, te hæc me etiam non suggerente  
novisse, sed interim durum esse cogitas, ean  
adhuc fœminam juvenem, florentissimam,  
ex recenti partu afflictam, usq; adeo humani  
rebus eximi, teq; inde in tantum mœren  
conjici. Durum est fateor, verum ferendo  
vincas oportet, quod mutari non potest  
Suffici

Sufficit, te matronam habuisse, cui[n]unc ju-  
sta facimus? quædum vixit DEUM in corde,  
in ore circumtulit, pietatem factis compro-  
bavit; Agite Academiæ Cives, corporis ex-  
uvias hodiè in dormitorium reponendas,  
frequenti comitatu, in templum Jacobæum  
deducite, & ita quantum in vobis est, lu-  
ctum mariti levate.

P. P. Rostochii, sub Sigillo Academiæ  
d. VII. Febr. ANNO M. DC. LX.

Conventus fiet peracta semiborio ante primam  
in Templo Mariano.












Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777434334/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434334/phys_0016)



humano rum remediorum te  
ante primam noctis, quæ Pur  
æta est, quatenus extingui po  
tantum quantum ulla potes.  
non leviter inde excrucier :  
charior fuit, quæ periculosis  
animô reddo, quam in nominis  
honorem, quæ voluntas ej  
ter mortis nuncios dolores  
quasq; pias præterea cogitatio  
serit, meum non est operosè in

Quamvis autem  
optimè & vos orp  
quiritemini! cum t  
tx omnis voluntate  
nus est, bona esse po  
sciatis, in illa quo  
Clarissime, te hæc  
novisse, sed interim  
adhuc fœminam ju  
ex recenti partu affli  
rebus eximi, teq; in  
conjici. Durum e  
vincas oportet, q



Atque sicutandem paulo  
Festum sequitur, extin  
jugem, fateor, amisi  
honoratam, ut adeò  
m DEC amoris fonti  
utibus eriperetur, & quod  
m dederat, in sui nomi  
tiit. Quam seipsam in  
parius scripturæ dictis,  
emum usq; voce expres-

ne causa, tu vir  
dictissimi, hodiè  
ne DEI, fontis vi  
on nisi ut ipse bo  
nihil factum esse  
scetis; Scio Vi  
n non suggestente  
esse cogitas, ean  
florentissimam  
sq; adeò humani  
ntum mœroren  
;, verum ferendo  
tari non potest  
Suffici